

No. 151. 1208. 1. Apr.

*Markgraf Dietrich eignet vom K. Philipp ermächtigt Lehngüter der Markgrafschaft kirchlichen Stiftungen zu überlassen dem Chorherrenstift ein Gut in der Nähe von Meissen mit den dazu gehörenden Grundstücken.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio. Notum esse volumus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, quod cum a domino Philippo rege Romanorum nobis sit indultum et in privilegium concessum, ut de possessionibus marchiae nostrae, quas vel nos vacantes habemus vel alii de manu nostra iure feudali habere noscuntur, nobis licitum sit ecclesias de novo construere et constructas dotare et dotatas ditare, nos pro remedio animae nostrae et petitione domini Theoderici venerabilis episcopi Misnensis et ad instantiam dilectorum nostrorum fratrum sanctae Aerae quoddam dominicale ante castrum nostrum Misn. situm, cuius dominicalis area proxima est civitati Misn., quod dilectus ministerialis noster Conradus Spanseil a nobis in feodo tenebat et in manu nostra resignavit, praedictae ecclesiae sanctae Aerae et fratribus ibidem manentibus ad honorem dei et sanctorum suorum cum omni utilitate et appendiciis suis, silvis et agris, pascuis et areis ad usus eorundem fratrum contulimus. Ut autem haec nostra donatio rata perpetuo et inconvulsa permaneat, eam banno supradicti episcopi et sigilli nostri impressione fecimus communiri. Huius rei testes sunt Lutherus canonicus, Hildebrandus capellanus, Matheus de Misna, Henricus de Coldiz, Bernardus de Trebechin, Henricus de Chorvn, Theodericus Rabil, Fredericus de Groits et frater eius Hermannus, Albertus de Licenich, Arnoldus de Szlowin, Hageno de Doblin, Theodericus Smalz, Bernardus Quaes, Hermannus de Pychowe, Henricus de Warta. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M. CC. VIII<sup>o</sup>. Indictione XI<sup>a</sup>. kalendas Aprilis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das an rothseidener Schnur befestigt gewesene Siegel ist abgefallen.

Ursinus Aera S. 118 f.

No. 152. 1213.

*B. Bruno II. verleiht mit Zustimmung seines Capitels dem Afrastifte das Patronatrecht in Brockwitz, sowie Sackzehnten daselbst und in einigen andern Dörfern.*

Bruno secundus dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus omnibus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus salutem et gaudium in domino sempiternum. Testimonio praesentium litterarum protestamur, quod nos de consensu capituli nostri contulimus ecclesiae sanctae Aerae in Misna ius patronatus ecclesiae in Broctitz et decimam ex integro eiusdem villae, videlicet XLII modios siliginis et XXVIII modios avenae, addentes ei decimam in subscriptis villis nominatam proprietatis iure imperpetuum possidendam, in Clewan VI modios siliginis et totidem avenae, in Sornitz XI modios siliginis et totidem avenae, versus Albeam in Ocrul XVI siliginis et totidem